



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Regvlæ Societatis Iesv

Angeli, Bernardo d'

Romæ, 1616

Quæ in Examinatore requirantur, & quid præstare debeat. Cap. I.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68329](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68329)



REGVLAE

EXAMINATORIS.



*Quae in Examinatore requirantur, & quid
praestare debeat.*

C A P. I.

1 **Q**ui examinat eos, qui Socie-
tatem ingredi petunt, ha-
beat oportet cognitionem
rerum eiusdem Societatis,
ac zelum boni progressus
ipsum, ut nulla ratione di-
moueri ab eo possit, quod magis in Domino
conuenire iudicauerit.

P. I. c. I. §. 4.
Qualis erit.

2 Moderatus admodum sit in admitten-
di desiderio: nam ut par est sollicitate coopera-
ri vocationi Diuinæ, ut augeatur in Societa-
te numerus operariorum vineæ Christi; ita
dili-

P. I. c. I. lit. C
Quales ad-
mittendi.

diligenter curandum est, ne quis admittatur, nisi qui illis Dei donis præditus sit, quæ ad ipsius gloriam hoc institutum exigit.

P. I. c. 1. §. 3.
Eorum dotes
agnoscat.
Ibid. c. 4. §. 2.

3 Quando aliquis Societatem ingredi petit, primus ipse agat cum eo, ut intelligat, quæ sint eius dotes, & vocatio: si qui autem clare deprehenderetur ineptus ad institutum Societatis, Superiori significet, & accepta ab eo facultate, illum consilio, & si quid aliud caritas suggerit, adiutum, statim dimittat: alios vero ad eos mittat, qui à Superiore designati fuerint, ut cum illis colloquantur.

Eod. c. 4. lit. D

Superiorem
informet.

4 Postquam omnes designati eum, qui admitti desiderat, allocuti fuerint, curet Examinator, ut à Superiore vocentur, & referant, quid de eo sentiant: Superior autem quid facto opus sit constituet.

P. I. c. 4. lit. D
Quid cū non
admodum no-
tis.

5 Si ille, qui ingredi cupit, nulli fuerit Domi satis notus, intellecto eius nomine, & eorum, quibus cognitus est, extra Domum inquiri poterit, cuiusmodi homo ille sit; iu- uabit etiam ad hoc ipsum, si ad sacramenta in Ecclesia nostra frequenter accedat. Quod si adhuc de eo dubitaretur, non parum con- feret, si in spiritualibus exercitiis constitua- tur: quibus peractis, si res nondum consta- ret, intelligat à Superiore utrum differendum responsum, aut omnino dimittendus sit.

Ibid. §. 3. lit.
C.

Breue